



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitæte, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Concubinatus, nu. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

Concubinatus.

2. Dubitamus primò de concubinato, qui quamvis possit esse inter conjugatos, sacro ordine initiatos, Religiosos &c. & sic pertinere ad alias species, tamen, quia frequentius est inter solutos, huc merito illū reducimus.

Respondeo, concubinatus non solum est, quando quis concubinam domui retinet, sed etiam quando foris extra domum, modo ad illam per modum habitus, ut libet, accedat. Vtrumque periculosum peccatū, propter continuationem peccandi, duasque poenas habens; una est in foro interno, ut non possit concubiniarius absolvi, nisi e domo eiiciat concubinam, vel si ea habitet extra domum, nisi firmiter proponat, ad illam non accedere, addita experientia alicujus temporis, juxta prudentiam Confessarij.

3. Quid si eiici non possit? de hoc alibi & non pauca dicta à nobis sunt, sicut etiam alibi & de modo, quo ejusmodi habitualia peccata sint apud sacerdotem deponenda:

c. In Meth. conf. li. 3. c. 3. adde Bonac. de mat. q. 4. p. 14. n. 22.

Altera poena est in foro externo. Tridentinum f. enim decrevit, ut concubiniarius ter ab Episcopo admonetur, qui, nisi respiciat, excommunicetur; quod si per annum in excommunicatione perseveraverit, castigetur. concubina item ter admonetur, quæ nisi respiciat, eiiciatur à civitate, vel etiam ex Diocesi. De poenis concubinarij lege Azor. g. concu-

subjacet, sed post sententiam, lege citatos.

f. lib. li. 2. c. 1. §. 7. g. Azor. p. 3. lib. 3. c. 6. h. Trid. sess. 25. c. 14. i. DD. cit. quibus adde Sayr. to. 1. clavis reg. lib. 8. c. 2. Graff. li. 2. c. 76. Tol. li. 1. c. 46.

Copula cum vidua.

4. Dubitamus secundò, an copula cum vidua sit simplex fornicatio? Respondeo, ita; quia vidua soluta est; & licet Navarrus l. putet, hanc, si fornicetur, seu ut loquuntur jura, inhonestè vivat, amittere tutelam filiorum, ante sententiam judicis, probabilius tamen est, non amittere, nisi post sententiam.

I Navarr. in man. c. 27. n. 67.

Instas pro Navarro: vidua amittit tutelam per secundas nuptias, etiam ante sententiam, ergo & per vitam fornicariam. Respondeo, nego consequentiam; nam illud prius expressè sic decretum est in jure, hoc posterius nequaquam.

5. Rursus eadem vidua si fornicetur intra annum luctus, etiam per unicum actum, amittit omnia bona, vel legata sibi ex liberalitate à marito relicta, sed post sententiam, n. quia hæc est poena. At si post annum luctus fornicetur, nihil amittit; o ratio est, quia jura loquuntur solum de anno luctus, cur ergo ad alios extendamus? Annum luctus jura civilia tantum faciunt, ac reverentur, ut si intra illum transeat vidua ad secundas nuptias, velint, p. eam amittere legata sibi à vi-

T 2

legibus